

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Augustini in euangelium secundum Iohannem sermones  
CXXIII - Cod. Aug. perg. 47**

**Augustinus, Aurelius**

**[Reichenau ?], [14. Jh.]**

Sermo III

[urn:nbn:de:bsz:31-64194](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-64194)



Ideo cum dixisset. ex dō nati sunt. quasi ne miraremur & exhorresceremus tantā  
 gratiam. ut nobis incredibile uideretur quia homines ex dō nati sunt. Quasi  
 securum te faciens ait. Et uerbum caro factum est & habitauit in nobis; quid  
 ergo miraris. quia homines ex dō nascuntur. Adtende ipsum dñm natum ex  
 hominibus. & uerbum caro factum est & habitauit in nobis; quia uero uerbum  
 caro factum est & habitauit in nobis. ipsa natiuitate collyriū fecit unde terge-  
 rentur oculi cordis nostri & possimus uidere maiestatem eius per eius humani-  
 tatem. Ideo factum est uerbum caro & habitauit in nobis. sanauit oculos nostros;  
 & quid sequitur. Et uidimus gloriam eius; gloriam eius nemo possit uidere.  
 nisi carnis humilitate sanaretur. Unde non poteramus uidere. Intendat ergo  
 caritas uestra. Quid & quod dico. Inruerat homini quasi puluis in oculum.  
 inruerat terra. sauciauerat oculum. uidere non poterat lucem oculus iste.  
 sauciatus inungitur terra. sauciatus erat. & terra illuc mittitur ut sanetur;  
 Omnia enim collyria & medicamenta nihil sunt nisi de terra; Depuluerē  
 caecatus es. depuluerē sanaris; Ergo carote excaecauerat. carote sanat.  
 Carnalis enim anima facta erat consuēdo affectibus carnalibus. inde fuerat  
 oculus cordis caecatus. uerbum factum est caro. medicus iste fecit tibi collyriū.  
 & qm̄ sic uenit ut de carne uitia carnis extingueret. & de morte occideret  
 mortem. Ideo factum est in te. ut qm̄ uerbum caro factum est. tu possis dicere.  
 & uidimus gloriam eius; qualem gloriam & qualis factus est filius hominis;  
 Illa humilitas ipsius est. non gloria ipsius. sed quo perducta est acies hominis  
 curata per carnem. uidimus inquit gloriam eius. Gloriam quasi unigeniti  
 ap̄tate. plenum gratia & ueritate; De gratia & ueritate alio loco uberius in  
 ipso euangelio. si dñs dignatus fuerit donare tractabimus. hęc nunc sufficiant.  
 & aedificamini in xp̄o. & confortamini in fide. & uigilate in bonis operibus.  
 & aliquo nolite recedere per quod possitis mare transire, **EXPT TRACT. II.**  
**INCIPIT. III. ADEO QUOD SCRIPTUM EST. IOHANNES TESTIMONIŪ**  
**PERHIBET DE IP SO. USQ. AD ID QUOD AIT. UNIGENITUS FILIUS**  
**QUI EST IN SINU PATRIS IPSE NARRAUIT.**

A. K. VI.  
 vsq. VIII.

**G**ratiam & ueritatem dī qua plenus scīs apparuit unigenitus filius dñs.  
 & saluator noster ih̄s xp̄s distinguendam auclere testamento. qm̄ res est  
 noui testamenti. suscepimus in nomine dñi & uestrae caritati promissimus.  
 Adestote ergo intenti. ut & quantum capio donō dī & quantum capitis audiat.  
 Reliquum enimerit. ut si semen quod spargitur in cordibus uestris non abstu-  
 lerint ues. nec spinæ praefocauerint. nec aestus exūsit. accedente pluuia  
 cohortationum cotidianarum. & cogitationibus bonis uestris quibus hoc agitur  
 in corde quod agitur in agro raris. ut gleba frangatur & semen operiatur.



de quo non erubescimus. si in corde gestemus;

& germinare possit. ut adferat fructum ad quem gaudeat & laetetur agricola; si autem pro semine bono & pro pluuia bona non fructum sed spinas adtulerimus. nec semen accusabitur. nec pluuia erit in crimine. sed spinis ignis debitus praeparatur; homines sumus quod puto non diu esse suadendum caritati uestrae xpiani. & si xpiani utiq. ipso nomine ad xpm pertinentes. huius signu in fronte gestamus; signum eius est humilitas eius. **P**stellam eum magi cognouerunt. & erat hoc signum de dno datum caeleste atq. praeclarum. Nolut stellam esse in fronte fidelium signum suum. sed crucem suam. Unde humiliatus. inde glorificatus. inde erexit humiles quo humiliatus ipse descendit; per tinemus enim ad euangelium. per tinemus ad nouum testamentum; Lex per moysen data est. gratia autem & ueritas per ihm xpm facta est. Interrogemus apostolum & dicit nobis. qm non sumus sub lege. sed sub gratia; Misit ergo filium suum factum ex muliere. factum sub lege. ut eos qui sub lege erant redimeret. ut ad optionem filiorum reciperemus; Ecce ad hoc uenit xps. ut eos qui sub lege erant redimeret. ut iam non simus sub lege. sed sub gratia; Quis ergo dedit legem? ille dedit legem. qui dedit & gratiam; sed legem per seruum misit. cum gratia ipse descendit; unde facti erant homines sub lege. non implendo legem; qui enim legem impleret. non est sub lege. sed cum lege; qui autem sub lege est non subleuatur. sed premitur lege; Omnes itaq. homines sub lege constitutos reos facit lex. & ad hoc illis super caput est ut ostendat peccata. non tollat. lex ergo iubet. datur legis miseretur in eo quod lex iubet; conantes homines uiribus suis implete. quod a lege praeceptum est. ipsa sua temeraria & praecipiti praesumptione ceciderunt. & non sunt cum lege. sed sub lege facti sunt rei; & qm suis uiribus implete non poterant legem. facti rei sub lege inplorauerunt liberatoris auxilium. & reatus legis fecit egritudinem superbis. egritudo superbiorum facta est confessio humilium. Jam confitentur aegroti quia aegrotant. ueniat medicus & sanat aegrotos. Medicus quis? dñs noster ih̄s xps; quis dñs noster ih̄s xps? ille qui uisus est & ab eis a quibus crucifixus est. ille qui adprehensus. flagellatus. colaphizatus. sputis inlitus. spinis coronatus. in cruce suspensus. mortuus. lancea uulneratus. De cruce depositus. in sepulchro positus; Ille ipse dñs ih̄s xps. ille ipse plane. & ipse est totus medicus uulnerum nostrorum crucifixus ille cui insultatum est. quo pendente persecutores caput agitabant & dicebant. si filius dī est. descendat de cruce. Ipse est totus medicus noster. ipse plane. Quare ergo non ostendit insultantibus quia ipse erat filius dī. ut si se permisit in cruce leuari. saltim cum illi dicerent. si filius dī est. descendat de cruce? tunc descenderet & ostenderet eis uerum se esse filium dī. quem illi ausi sunt irridere. noluit; quare noluit? Numquid quia non potuit? potuit plane.



Quid est enim amplius de cruce descendere: an de sepulchro resurgere? sed per tunc  
 insultantes. Nam crux non ad in potentiae documentum: sed ad exemplum patientiae  
 suscepta est; ibi uulnera tua curauit: unde sua diu per tunc; ibi te a morte sempi  
 terna sanauit: ubi temporaliter mori dignatus est, & mortuus est. & in illo mors  
 mortua est. Qualis mors quae mortem occidit. Ipse est tamen dñs noster ih̄s  
 xp̄s totus qui uidebatur & tenebatur, & crucifigebatur; non totum hoc ipse est;  
 ipse est quidem: sed non totum illud quod uiderunt iudaei. non hoc est totum xp̄s;  
 & quid est. In principio erat uerbum; in quo principio & uerbum erat apud dñm;  
 & quale uerbum? & dñs erat uerbum; Numquid forte ad dñm factum est hoc uerbum?  
 non; hoc enim erat in principio apud dñm; quid ergo alia quae fecit dñs? non  
 similia sunt uerbo? non; quia omnia per ipsum facta sunt & sine ipso factum est  
 nihil; quomodo per illum omnia facta sunt? quia quod factum est: in ipso uita  
 erat? & antequam fieret & uita erat; quod factum est non est uita: sed in arte; hoc est  
 in sapientia dñi. Antequam fieret & uita erat; quod factum est transit: quod est in  
 sapientia transire non potest; uita ergo in illo erat quod factum est; & qualis uita?  
 quia & anima corporis uita est? Corpus nostrum habet uitam suam: quam cum  
 amiserit mors est corporis; talis ergo erat illa uita? non; sed uita erat lux hominū;  
 Numquid lux pecorum? Nam ista lux & hominum & pecorum est; est quaedam  
 lux hominum: unde distat homines a pecoribus; uideamus & tunc intellegimus  
 quid sit lux hominum; non distat a pecore nisi intellectu; nolite aliunde gloriari;  
 De uiribus praesumis: abestis uinceris; De uelocitate praesumis: amuscis  
 uinceris. De pulchritudine praesumis: quanta pulchritudo est in pennis pauo  
 nis. Unde ergo melior es? ex imagine dñi; ubi imago dñi in mente in intellectu;  
 si ergo ideo melior pecore: quia habes mentem qua intellegas quod non potest  
 pecus intellegere. Inde autem homo quia melior pecore: lux hominum est.  
 lux mentium; lux mentium supra mentes est: & excedit omnes mentes;  
 hoc erat uita illa: per quam facta sunt omnia; ubi erat: hic erat: an apud patrem  
 erat? & hic non erat: an quod uerius & apud patrem erat: & hic erat: si ergo hic  
 erat: quare non uidebatur? quia lux in tenebris lucet: & tenebrae eam non compre  
 henderunt; O homines nolite esse tenebrae: nolite esse infideles: iniusti: iniqui:  
 rapaces: auari: amatores saeculi; haec sunt enim tenebrae; & lux non est absens uobis:  
 sed uos absentes estis a luce; Caecus in sole praesentem habet solem: sed absens est  
 ipse soli; nolite ergo esse tenebrae; haec est enim forte gratia de qua dicitur assum  
 ut iam non simus tenebrae: & dicat nobis apostolus; fuistis enim aliquando tenebrae:  
 nunc autem lux in dño; quia ergo non uidebatur lux hominum: id est lux mentium  
 Opus erat ut homo diceret de luce testimonium. Non quidem tenebrosus: sed iam  
 in luminatus. Nec tamen quia ideo in luminatus: ideo ipsa lux: sed ut testimonium



perhibere de lumine; Nam non erat ille lux, & quae erat lux. Erat lux uera  
 quae inluminat omnem hominem uenientem in hunc mundum, & ubi erat ista  
 in hoc mundo erat; & quomodo in hoc mundo erat. Num quid sicut ista lux solis,  
 lunae, lucernarum: sic & ista lux in mundo est. Non. Quia mundus per eum factus  
 est & mundus eum non cognouit, hoc est. lux in tenebris lucebat & tenebrae eam  
 non comprehenderunt; mundus enim tenebrae. quia dilectores mundi mundus,  
 non enim creatura non agnouit creatorem suum. Testimonium dedit caelum  
 de stella, testimonium dedit mare, portauit ambulantem dñm; testimonium  
 dederunt uenti, ad eius iussum quieuerunt. Testimonium dedit terra, illo cruci  
 fixo contremuit. Si omnia ista testimonium dederunt, quomodo eum mundus  
 non cognouit. Nisi quia mundus dilectores mundi corde habitantes mundum,  
 & malus mundus, quia mali habitatores mundi, sicut mala domus non parietes  
 sed inhabitantes. In propria uenit, id est in sua uenit. & sui eum non receperunt.  
 Quae ergo spes est, nisi quia quot quot receperunt eum, dedit eis potestatem  
 filios dei fieri; si filii sunt, nascuntur, si nascuntur, quomodo nascuntur. Non ex  
 carne, non ex sanguinibus, non ex uoluptate carnis, nec ex uoluntate uiri,  
 sed ex dō nati sunt. Gaudeant ergo quia ex dō nati sunt, praesumant se per a  
 nte addm. accipiant documentum quia ex dō nati sunt, & uerbum caro factū  
 est & habitauit in nobis, si uerbum non erubuit nasci de homine, homines eru  
 bescunt nasci de dō. Hoc autem quia fecit curauit, qui curauit uidemus,  
 hoc enim quod uerbum caro factum est & habitauit in nobis, medicamentum  
 nobis factum est. ut qui a terra caecabamur, de terra sanaremur, & sanati quid  
 uidemus. & uidimus inquit gloriam eius, gloriam tamquam unigeniti a patre,  
 plenum gratia & ueritate. Johannes testimonium perhibet de ipso & clamat  
 dicens, hic erat quem dixi. Qui post me uenit, ante me factus est, post me  
 uenit, & praecessit me, quid est ante me factus est, praecessit me; non factus  
 est antequam essem ego factus, sed ante positus est mihi. hoc est ante me  
 factus est, quia ante te factus est, cum post te uenerit. Quia prior me erat,  
 prior te o iohannes, quid magnum si prior te, bene, quia tu illi phi bes testimo  
 nium. Audiamus ipsum dicentem, & ante abraham ego sum, sed & abraham  
 in medio genere humano ortus est. Multi ante illum, multi post illum, Audi  
 uocem patris ad filium, ante luciferum genui te, qui ante luciferum genitus est.  
 Omnes ipse inluminat; Dicitur enim quidam lucifer, qui cecidit; erat enim  
 angelus & factus est diabolus, & dixit de illo scriptura; Lucifer qui mane orie  
 batur cecidit, unde lucifer, quia inluminatus lucebat; unde autem tenebrosus  
 factus, quia in ueritate non stetit; Ergo ille ante luciferum, ante omnes siquidem  
 inluminatum sit. necesse est, a quo inluminantur omnes qui inluminari possunt,



Ideo hoc sequitur. Et de plenitudine eius nos omnes accepimus; quid accepistis,  
 & gratiam pro gratia; sic enim habent uerba euangelica conlata cum exem-  
 plaribus grecis; non autem de plenitudine eius nos omnes accepimus gratiam  
 pro gratia; sed sic ait, & de plenitudine eius nos omnes accepimus. & gratiam  
 pro gratia. Id est accepimus. ut nescio quid nos uoluerit intellegere de plenitudine  
 eius accepisse. & in super gratiam pro gratia; Accepimus enim de plenitudine  
 eius primo gratiam. & rursus accepimus gratiam; Gratia pro gratia; quam  
 gratiam primo accepimus. fidem. In fide ambulantes. in gratia ambulamus.  
 Unde enim meruimus hoc. quibus nostris praecedentibus meritis. non se quisq.  
 conpalp& redcat in conscientiam suam. quaerat latebras cogitationum suarum.  
 redcat ad seriem factorum suorum. non attendat quid sit suam aliquid est.  
 sed quid fuerit ut esset aliquid. inueniet non se dignum fuisse nisi supplicio.  
 Si ergo supplicio dignus fuisti. & uenit ille qui non peccata puniret. sed  
 peccata donaret. Gratia tibi data est. non merces reddita; unde uocatur  
 gratia quia gratis datur; non enim praecedentibus meritis emisti quod  
 accepisti. hanc ergo accepit gratiam primam peccator; ut eius peccata  
 dimitterentur. Quid meruit. Interrogat iustitiam; inuenit poenam; Interro-  
 gat misericordiam. inuenit gratiam; sed hoc & promiserat deus per prophetas.  
 Itaque cum uenit dare quod promiserat; non solum gratiam dedit. sed & ueri-  
 tatem. quomodo exhibita est ueritas. quia factum est quod promissum est.  
 Quid est ergo gratiam pro gratia in fide promeremur deum. & qui digni non  
 eramus quibus peccata dimitterentur. ex eo quia tantum donum indigni  
 accepimus. gratia uocatur. quid est gratia; gratis data; quid est gratia donata.  
 non reddita. si debebatur. merces reddita est. non gratia donata. si autem  
 uere debebatur. bonus fuisti; si autem ut uerum est malus fuisti. credidisti  
 autem in eum qui iustificat impium; Quid est qui iustificat impium. & ex im-  
 pio facit pium. Cogita quid tibi per legem inminere debebat. & quid per  
 gratiam consequutus sis. Consequutus autem istam gratiam fidei. eris iustus  
 ex fide. Iustus enim ex fide uiuit. & promeretur deum uiuendo ex fide. Cum pro-  
 merueris deum uiuendo ex fide. accipis premium. in mortalitatem & uitam  
 aeternam. & illa gratia est. nam pro quo merito accipis uitam aeternam.  
 pro gratia; si enim fides gratia est. & uitam aeternam quasi merces est fidei.  
 Uidetur quidem deus uitam aeternam tanquam debitam reddere. Cui debita.  
 fidei. quia promeruit illam per fidem; sed quia ipsa fides gratia est. & uitam  
 aeternam gratia est pro gratia; Audi paulum apostolum confitentem gratiam.  
 & postea debitam ex parte; Confessio gratiae quae est in paulo. Qui  
 prius fui blasphemus & persecutor & iniuriosus. sed misericordiam inquit

gratia:

gratia  
gratia



consequutus sum; Indignum se dixit qui consequetur. Consequutu tamen non per merita sua sed per misericordiam dñi; Audi illum iam flagrantem debitum. qui primo indebitam suscepit gratiam; Ego enim inquit iam immolor & tempus resolutionis meae instat. Bonum certamen certavi cursum consummaui. fidem seruaui. De cetero reposita est mihi corona iustitias. Jam debitum flagrat. iam debitum exigit; Nam uide uerba sequentia. quam mihi reddet dñs in illo die iustus iudex; Ut ante susciperet gratiam misericordem patrem opus habebat. ut premium gratiae iudicem iustū; qui non damnauit impium; damnabit fidelem; & tamen si bene cogites ipse dedit fidem primo; quae eum promeruit. Non enim de tuo promeruit. ut tibi aliquid deberetur; Quod ergo premium immortalitatis postea tribuit. dona sua coronat. non merita tua; Ergo fr̄. omnes de plenitudine eius accepimus. De plenitudine misericordiae eius. De abundantia bonitatis eius accepimus; quid remissionem peccatorum ut iustificatemur ex fide. & insuper; & quid gratiam pro gratia. Id est pro hac gratia in qua ex fide uiuimus. recepturi sumus aliam; quid tamen nisi gratiam; Nam si dixerō quia & hoc debetur. aliquid mihi ad signo quasi cui debebatur; Coronat autem dñs in nobis dona misericordiae suae; sed in eadem gratia quam primo accepimus. perseueranter ambulemus;

7 Lex enim per moysen data est. Quae reos tenebat. quid enim ait apostolus. Lex subintravit ut abundaret delictū; hoc proderat superbis. ut abundaret delictum; multa enim sibi dabant. & quasi uiribus suis multum adsignabant. & non poterant implete iustitiam. nisi adiuuaret ille qui iusserat. superbiam eorum uolens domare deus dedit legem. tamquam dicens; ecce implete. ne putetis de esse iubentem; Non de est qui iubeat. sed de est qui impleat; si ergo de est qui impleat. unde non implet. quia natus cum raduce peccati & mortis.

De adam natus traxit secum quod ibi conceptum est; Cecidit primus homo. & omnes qui de illo nati sunt de illo traxerunt concupiscentiam carnis; oportebat ut nasceretur alius homo. qui nullam traxit concupiscentiam; homo & homo. homo ad mortem. homo ad uitam. sic dicit apostolus. quoniam quidem per hominem mors & per hominem resurrectio mortuorum; per quem hominem mors. & per quem hominem resurrectio mortuorum. manifestinatur. sequitur & dicit; sicut enim in adam omnes moriuntur. sic & in xpo omnes uiuificabuntur; qui pertinent ad adam. omnes qui nati sunt de adam; qui ad xpm. omnes qui nati sunt per xpm; quare omnes in peccato. quia nemo natus est praeter adam; Ut autem nascerentur ex adam. necessitatis fuit ex damnatione. nasci per xpm uoluntatis est gratiae. Non coguntur homines nasci per xpm. Non quia uoluerunt nati sunt ex adam; Omnes tamen qui ex adam cum peccato peccatores;

quod accepit  
 uel latere  
 accepit  
 intellegit  
 enim de  
 gratia  
 quam  
 ambulat  
 non se quis  
 suorum  
 aliquid est  
 supplicio  
 sed  
 unde uocatur  
 emittit quod  
 eius peccata  
 poenitentiam  
 per se  
 debet  
 quod promeruit  
 qui digni non  
 inueniunt  
 unde gratia  
 a dante si uerum  
 sufficit. credidit  
 licet impium  
 debet. si quod per  
 am fide. et iustus  
 modo ex fide. Cum  
 reuerentiam & uitam  
 uitam a dante  
 si merces est fide  
 am reddere  
 fides gratia  
 am confra  
 ue est imp  
 ed miferic



Omnes qui per xpm iustificati & iusti non in se, sed in illo; nam in se si interro-  
 ges adamsunt. In illo si interrogas xpi sunt, quare quia ille caput dñs noster  
 ih̄s xps non cum traduce peccati uenit, sed tamen uenit cum carne mortali,  
 mors poena peccatorum erat. in dño munus misericordiae erat, non poena peccati.  
 Non enim aliquid habebat dñs quare iuste moreretur; Ipse ait, ecce uenit prin-  
 ceptus huius mundi & in me nihil inueni; quare ergo moreris, sed ut sciant homines  
 quia uoluntatem patris mei facio. surgite eamus hinc, non habebat ille quare  
 moreretur & mortuus est, tu habes quare & mori dedignaris. Dignare aequo  
 animo pati per meritum tuum. quod ille pati dignatus est ut te a sempiterna morte  
 liberaret; homo & homo. sed ille non nisi homo. iste dñs homo, ille homo peccati.  
 iste iustitiae; mortuus est in adam (resurge in xpo); nam utrumq; debetur tibi;  
 iam credidisti in xpm reddes tamen quod debes de adam. sed non te in aeternum  
 tenebit uinculum peccati. quia mortem tuam aeternam occidit mors temporalis  
 dñi tui. Ipsa est gratia fr̄s mei. ipsa est & ueritas. quia promissa & exhibitay non  
 erat ista in ueteri testamento. quia lex minabatur. non optulabatur, iubebat.  
 non sanabat. languorem ostendebat. non aufererat. sed illi praeparabat medico  
 uenturo cum gratia & ueritate. tamquam ad aliquem quem curare uult medicus.  
 curat primo seruum suum. ut ligatum illum inueniat, sanus non erat. sanari mole-  
 bat. & nesanaetur. sanus se esse iactabat; missa lex est. ligauit eum. inuenit se-  
 reum; iam clamat deligatura. uenit dñs curat amaris aliquantum & acerbis medi-  
 camentis. Dicit enim aegrotus. fer te. dicit tolera. dicit noli diligere mundum.  
 Habet patientiam; curate ignis continentiae. ferrum persecutionum tolerant  
 uulnerata. expauescebas quam uis ligatus. liber ille & non ligatus bibit quod tibi  
 dabit. prior passus est ut te consolaretur. tamquam dicens. quod times pati prote.  
 prior patior prote; haec est gratia. & magna gratia; quis illam digne conlaudat;  
 De humilitate xpi loquor fr̄s mei; maiestatem xpi & diuinitatem xpi quis loquitur  
 in explicando & dicendo; ut quo quomodo humilitatem xpi loquetemur. non suffici-  
 mus. Immo deficimus. totum cogitantibus committimus. non audientibus adimplem;  
 Cogitate humilitatem xpi; sed quis nobis inquis eam explicat nisi tu dicat. ille intus  
 dicat. melius illud dicit qui intus habitat. quam qui foris clamat; ipse uobis ostendat  
 gratiam humilitatis suae. qui coepit habitare in cordibus uestris. Jam uero si inet humi-  
 litate explicanda & eroganda deficimus. maiestatem ipsius quis loquatur. si uerbu  
 caro factum conturbat nos. in principio erat uerbum quis explicabit. Tene ergo  
 fr̄s soliditatem istam. Lex per moysen data est. gratia & ueritas per ih̄m xpm  
 facta est; per seruum lex data est. reos facit; per imperatorem indulgentia data est.  
 reos liberauit; Lex per moysen data est; non sibi aliquid seruus amplius adsignat.  
 quam quod per illum factum est; Electus ad magnum ministerium tamquam

lex ueritas  
 noua lex



fidelis in domo, sed tamen seruus agere secundum legem potest. soluere  
 aream legis non potest; Lex ergo per moysen data est. gratia & ueritas per ih̄m  
 xp̄m facta est, & forte aliquis dicat, & gratia & ueritas non est facta per moysen  
 qui uidit d̄m, statim subiecit, D̄m nemo uidit umquam; & unde innotuit  
 moysi d̄s, quia reuelauit seruo suo d̄s, quis d̄s. Ipse xp̄s qui praemisit legem  
 per seruum, ut ueniret & ipse cum gratia & ueritate, D̄m nemo uidit umquam;  
 & unde illi seruo quantum capere possit apparuit, Sed unigenitus inquit filius  
 qui est in sinu patris, ipse enarrauit, quid est in sinu patris, in secreto patris,  
 non enim d̄s habet sinum, quem admodum nos habemus in uestibus, aut cogitan-  
 dus est sic sedere quomodo nos, aut forte cinctus est ut sinum haberet, sed quia  
 sinus noster est intus, Secundum patris sinus patris uocatur, in secreto patris  
 qui patrem nouit, ipse enarrauit, Nam d̄m nemo uidit umquam, ipse ergo  
 uenit & narrauit quicquid uidit, Moyses uidit nubem, uidit angelum, uidit ignē,  
 Omnis illa creatura Typum d̄ni sui gerebat, non ipsius d̄ni praesentiam  
 exhibebat, Namq; aperte habes in lege, & loquebatur moyses cum d̄no. Contra  
 in contra, sicut amicus cum amico suo, si sequeris ipsam scripturam, & inuenis  
 moysen dicentem, Si inueni gratiam in conspectu tuo: ostende mihi tem & ipsū  
 manifeste ut uideam; & parum est quia dixit, responsum accepit, Non potes  
 uidere faciem meam, Loquebatur ergo fr̄s mei cum moysē angelus portans typū  
d̄ni, & illa omnia quae ibi per angelum facta sunt, futuram istam gratiam & ueri-  
 tatem promittebant; quibene scrutantur legem nouerunt, & cum oportunum  
 est ut & nos aliquid inde dicamus & quantum d̄ns reuelat, non taceamus caritati  
 uestrae, Illud autem sciatis, quia omnia quae corporaliter uisa sunt, non erant  
 illa substantia d̄i, Illa enim oculis carnis uidemus; d̄i substantia unde uidetur;  
 & uangelium interroga, Beati mundo corde, quia ipsi d̄m uidebunt; fuerunt  
 homines qui dicerent uanitate cordis sui decepti, pater inuisibilis est, filius  
 autem uisibilis est, Unde uisibilis, si propter carnem quia suscepit carnem, mani-  
 festum est, Illi enim qui carnem xp̄i uiderunt, aliqui crediderunt, aliqui cruci-  
 fixerunt, & qui crediderunt, illo crucifixo nutauerunt, & nisi ipsū post  
 resurrectionem palparent, fides ad eos non reuocaretur, Si ergo propter carnē  
 uisibilis filius, & nos concedimus, & est catholica fides, si autem ante carnem  
 sicut ipsi dicunt, id est ante quam incarnaretur, multum delirant & multum  
 errant; facta enim sunt illa uisibilia corporaliter per creaturam, in quibus typus  
 ostenderetur, non utiq; substantia ipsa demonstrabatur & manifestabatur;  
 & hoc adtendat caritas uestra lene documentum, sapientia d̄i uidetur oculis non  
 potest; fratres, si xp̄s sapientia d̄i & uirtus d̄i, si xp̄s uerbum d̄i, uerbum homi-  
 nis oculis non uidetur, uerbum d̄i uideri sic potest, expellite ergo decordib;

112



uestris carnales cogitationes ut uere sitis sub gratia ut ad nouum testamentum  
 pertinatis. quia uita aeterna promittitur in nouo testamento, Legite uetus  
 testamentum & uidete quia carnali adhuc populo ex quidem praecipiebantur  
 quae nobis; nam unum dñm colere & nobis praecipitur. non accipies in uanum  
 nomen dñi dñi tui. & nobis praecipitur quod est secundum praeceptum. obserua  
 diem sabbati, magis nobis praecipitur. quia spiritualiter obseruandum praecipi  
 tur, Iudaei enim seruiliter obseruunt diem sabbati. ad luxuriam. ad ebrietatem;  
 quanto melius feminae eorum lanam facerent. quam illo die in moenianis saltaret;  
 Absit fr̄s. ut illos dicamus obseruare sabbatum; Spiritualiter obseruat sabbatum  
 xp̄ianus abstinens se ab opere seruili; quid est enim ab opere seruili. a peccato,  
 & unde probamus. dñm interroga. Omnis qui facit peccatum. seruus est peccati;  
 Ergo & nobis praecipitur spiritualiter obseruatio sabbati. Jam illa omnia praecepta  
 magis nobis praecipuntur. & obseruanda sunt. Non occides. non moechaberis.  
 non furaberis. non falsum testimonium dices. honora patrem & matrem. non  
 concupisces rem proximi tui. non concupisces uxorem proximi tui; nonne omnia  
 ista & nobis praecipuntur. sed quaere mercedem & inuenies ibi dicit. ut expel  
 lantur hostes a facie tua & accipitis terram quam promisit dñs patribus uestris;  
 quia non poterant capere inuisibilia. per uisibilia tenebantur; quare tenebantur  
 ne penitus interirent. & ad idola laborarent; nam fecerunt hoc fr̄s mei sicut  
 legitur. obliuisti tanta miracula quae fecit dñs coram oculis eorum; Mare discissum  
 est. uia facta est in medijs fluctibus; sequentes hostes eorum. hisdem aquis oper  
 ti sunt per quas illi transierunt; & cum moyses homo dñi recessisset ab oculis eorū.  
 idolum p̄auerunt & dixerunt; fac nobis deos qui nos praeeunt. quia ille homo  
 dimisit nos; Tota spes eorum in homine posita erat. non in dō; ecce mortuus  
 est homo. numquid mortuus est dñs qui eruerat de terra aegypti; & cum fecis  
 sent sibi imaginem uituli. adorauerunt & dixerunt. hi sunt dii tui israhel.  
 qui te liberauerunt de terra aegypti. quam cito obliuisti tam manifestam gratiam.  
 quibus ergo modis teneretur populus talis. nisi promissis carnalibus; ea ibi iubentur  
 in decalogo legis. quae & nobis. sed non ea promittuntur quae nobis; nobis quid  
 promittitur. uita aeterna, haec est autem uita aeterna. ut cognoscant te unū  
 & uerum dñm. & quem misisti ih̄m xp̄m; Cognitio dñi promittitur. ipsa est gratia  
 pro gratia; fr̄s modo credimus. non uidemus; pro ista fide premium erit.  
 uidete quod credimus; nouerant hoc prophetae. sed occultum erat antequam  
 ueniret; nam quidam suspirans amator. in psalms ait. Unam p̄u ad dñm. hanc  
 requiram; & quaeris quid p̄lat. forte enim p̄lat terram fluentem lacte &  
 melle carnaliter. quam uis spiritualiter ipsa quaerenda sit. & p̄lenda; aut forte  
 subiectionem hostium suorum. aut mortem inimicorū. aut imperia.



& facultates huius saeculi; Arde enim amore & multum suspirat & aestuat  
 & anhelat. Uideamus quid petat, unam peto ad dno hanc requiram; quid est  
 hoc quod requiritur? ut inhabitem inquit in domo dñi per omnes dies uitae  
 meae; & puta quia habitas in domo dñi? unde ibi erit gaudium tuum? ut con-  
 templer inquit delectationem dñi; fratres mei unde clamatis? unde amatis?  
 unde exultatis? nisi quia est ibi scintilla huius caritatis; quid desideratis rogo  
 uos? uideri potest oculis; tangi potest? pulchritudo aliqua est quae oculus  
 delectat. Nonne martyres amati sunt uehementer. & quando eos comme-  
 moramus. in ardescimus amore? quid in illis amamus frs? membra laniata a feris.  
 quid foedius si oculos carnis interroges. quid pulchrius si oculos cordis interro-  
 ges. quid tibi uideatur ad aeternum pulcherrimus fur. quomodo horrent oculi  
 tui. num quid oculi carnis orrent si ipsos interroges; nihil illo corpore con-  
 positius nihil ordinatius. & paritas membrorum? & coloris delectatio inlicit  
 oculos; & tamen cum audis quia fur est. fugis hominem animo; uides ex alia  
 parte senem curuum. baculo innitentem. uix se mouentem. rugis undiq; ex-  
 aratum; quid uides quod oculus delectat? & audis quia iustus est. amas. amplex  
 teris; talia nobis premia promissa sunt frs mei. tale aliquid amate. tali regno  
 suspirate. talem patriam desiderate. si uultis pertinere ad id cum quo uenit  
 dñs noster. id est ad gratiam & ueritatem; si autem corporalia premia  
 concupieritis ad dno. adhuc sub lege estis. & ideo ipsam legem non implebitis.  
 quando enim uideris abundare ista temporalia meis quid dñm offendunt. mutant  
 gressus tuos. & dicis tibi, ecce ego colo dñm. cotidie ad ecclesiam curro. Genus  
 mihi trita sunt in orationibus. & assidue aegrotō. homicidia faciunt homi-  
 nes. rapinas faciunt. exultant. abundant. bene est illis; Talia ergo quaere-  
 bas ad dno; certe ad gratiam pertinebas; si gratiam ideo tibi dedit dñs quia  
 gratis dedit. gratis ama. Noli ad premium diligere dñm. ipse sit premiū tuū.  
 Dicat animata. unam peto ad dno hanc requiram. ut inhabitem in domo dñi  
 per omnes dies uitae meae. ut contempler delectationem dñi; noli timere.  
 ne fastidio deficias; talis erit illa delectatio pulchritudinis. ut semper tibi  
 praesens sit. & numquam satieris. Immo semper satieris & numquam satieris.  
 Si enim dixerō quia non satiaberis. fames erit. si dixerō quia satiaberis.  
 fastidium timeo. Ibi nec fastidium erit. nec fames. quid dicam nescio.  
 sed dñs habet quod exhibeat. non in uentibus quomodo dicant. & cre-  
 dentibus quod accipiant. amen, **EXPLICIT TRACTATUS III;**

a k viii  
 vsq; xv.

**INCIPIT III. AB EO QUOD SCRIPTUM EST. ET HOC EST TESTIMONIUM  
 IOHANNIS QUANDO MISERUNT IUDAEI AB IEROSOLYMIS SACERDOTES  
 ET LEUITAS USQ; AD ID QUOD DIXIT. ET TEGO NESCEBAM EUM SED QUOME**